24

UC 804

Mæroris Canticum, á dolore inventum; ab amore insculptum; in Academiæ Valvis decantandum; et in Cenotaphio adoratissimi Regis Hispaniarū Ferdinandi Sexti Protectoris nostri ad perpetuam Sociorum gratitudinem affigendum.

Eccur orbata non plangeres
tex excellens Academia?
Invenit et tota mæror in urbe locum,
et te non creber ejulatus absumeret?

Ferdinandus justus,
primus tibi, Hispaniæ Sextus,
nostrum Rex, et Sol, et Pater
optimus, in Solio
lustris brevem, virtutibus illustrem
vitam instituit.

Blanda pacis, belli dura agmina fugiens,
Pacificus, strenuus
Cuncta clavo fixit, et mala pellens
novus rehabuit [illegible].

Sed heu! O! Mors fœda, ictu fœdissimo,
tristem indipit occasum.

Hinc amor, illinc dolor, sævi ab alto nuncii,
corda pené mortua
ad vivum Luctum impellunt.

Non vanis repenté Lacrimis inspice effectum
immensum Pelagum;
(An mare Nigrum?) redundat, exæstuat;
Ubi desiderii Corona,

Dum Portum ambit, impégit in Corda.

Planctus crescit, dum accrescunt aquæ;
et ~~num~~ asperante murmure, Solem sepeliunt.

Hinc Syrenæ, ut obstrepentes ululæ,
intonuére mæstæ
Jam vita functus est, qui Regni vita fuit:
Lugete Regnicolæ: plangite Academici:
Pater abiit, clamate;
at at satius dixissent: Tacete.

D. Josephus Galceran Pinós, et de Pinós
Marchio de Barbará

Pro Acad.ª habenda die: 4. Septbris 1759.